Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



cum potestate dei infinite facta sit her. et sicut nomen eius
qua quoque sanctitatis est cogitari totum omne eius est in eo. Et
misericordia eius sit in timentibus eum a progenie in progenies tum etiam eius tumore filiali.
Fecit potentiam in brachio suo in filio qui vocatur brachium domini. Dispersit superbos cogitatione
mente cordis sui Deposuit potentes de sede de iudeis qui
erant potentes in lege et prophetis dimittens eos ex suo
desiderio in profundo errores. et exaltauit humiles
gentiles humiliter et deuote predicationem apostolorum suscipientes
Esurientes impleuit bonis gentiles magno de-
sidio libri dei esurientes. et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum. recordatus misericordie sicut
locutus est ad patres nostros patriarchas et prophetas. abra-
ham et semini eius in secula. Mansit autem maria cum
illa usque in menses tres usque ad tempus pro elyzabeth.
et reuersa est in domum suam completo ortu puerorum.

Elyzabeth impletum est tempus pariendi nouem mensium.
et peperit filium sicut angelus fuerat predictum Et audierunt
uicini ipse hinitentes. et cognati quia erat ex eius consanguini-
tate et affinitate. quia magnificauit dominus misericordiam suam
cum illa. auferendo sterilitatis eius opprobrium. et dando ei tum
ac tale filium. sic nunciatum mirabiliter. et conceptum supra
naturam. et congratulabantur ei Et factum est in die octauo
uenerunt circumcidere puerum. et uocabant eum nomine patris
sui zacharia. quia antiquitus sancti quinque fuerunt obseruati
ut primogenitus filius nominaretur nomine patris Et respondens
mater eius dixit non quia sed uocabitur iohannes hoc
enim fuerat sibi a deo reuelatum quia a marito non didicerat
cum esset facta muta angelus redierat ad eam de templo.